Quaestio medica disput. Cardinalit. agitanda In sch. Medic. die Jovis 19 maii D. Joannes Faber D.M. et moderator sapientiss. praes.

An Acutorum morborum sunt omnino certae salutis et mortis Praedictiones?

Morbus Innatus vitae hostis, caloris Innati proditione, qui fideliter non servans ad Intimitatem usque grassatur In humidum, paternis maternisque seminis Inquinamentis, humorum atque excrementorum, quae a nutrimento supersunt, colluvie, viribusque externarum Incursione suspitiva subigitur, et In ortus nostri principia furtim irrepsit, In corpore vivente, non In constitutus, aut Impetum facientibus fidelis acerbitatis sua domicilium ubi collocavit: Qui vel breviori tempora sua decurrit, prout In tenui, maxime adeo et dissipabili materia, vel acuta, maligna, vehementis et acerbis praeterea fundamentum habet, parce obsessa diu febre oppugnationem non potest, corporis adjuvat raritate, aetatis flore, tempestate regioque calidior: vel diuturniore tempore affligit, prout In tenacitate positus ad partes adhaerescit, humoris motum debilitate cutis, partium Ignobilitate, aetatis Inclinatione, tempestatis et regionis frigiditate retardantibus.

Qui brevior est, vel In sola celeritate Instar Ignis palearum aut fulgetri vim totam positam habet, ut ephemera, aut cum celeritate et brevitate magnos et vehementes motus habet, unde gravior consequi solet perturbatio. Cuius generis sunt acuti omnes, quorum licet alii In suae ferocitatis subsidium febrem advocaverint, ut pleuritis, peripneumonia, synochus, cholera, angina, et causus, tamen sine febre non leviores et minus atrocitatis et periculi plenam In homine genus afflictionis Inurgunt apoplexia, tetanus, spasmus, epilepsia, carus, et catalepsis. Qui diuturnior est, ut hydrops, melancholia, empyema, ~~phthor~~ phthoe, nephritis, podagra, arthritis, Ischias, asthma, coli affectus, qui arthritidi solitus, splenis durities, branchus, coryza, catarrhus, tussis maxime aetati provectiori; autumnalis quartana quae hyemem attingit nisi coctione solvatur ad mortem usque comitatur.

Indicabunt vero longitudinem aut brevitatem morbi vel securam aut suspicionis et metus plenam crisim, anni tempestas, loci natura, aegri temperies, Instituta vitae victusque ratio, signa pathognomonica et Epiphainomena. In brevioribus tenuiore utendum victu, Longioribus paulo pleniore, In utrisque circa statum, et In statu praesertim tenuissimus est adhibendus. In peracuto extreme tenuis, viribus tamen attentis et tabe factatis periculosus, ut In longioribus calamitosus et exitialis. Aliquid tamen aetati, tempori et consuetudini condonandum, ut pueris, et senibus paulo plenior victus permittendus, hyeme, et vere; Athletis et his qui laboriosa exercitatione se consueverunt, calidis tempestatibus, et aetatibus, ut et his qui In otio degunt, minuendus. In acutis, partibus circa abdomen et Inflammatis, subcavis et ante cani ubi diuturna est et latitat humoribus obducta In corpore obstructio, ventriculus et Intestina Inflammatione laborant, nunquam alvus rara, et non nisi In principio, ubi corpora mobilia reddidit et praeparata, et purganti medicamento viam aperuerit venae sectione directo, si ea opus sit, quae pueris, senibus, calidis siccisque naturis, temporibus, et regionibus magno detrimento esse solet, natura calorem humorem concoquit, aetate, et corporis gracilitate per superiora, humido et moderata crassitudine per inferiora purgandum, aliquando vero diu, si glutinatus et ferociens sit commovit humor. In statu quiescendum, nisi symptomata quae In vigore vehementiora et acerbiora sunt, In principio et fine Imbecilliora, Jubeantur. In declinatione ubi a reliquiis humoris, ventriculi quae morbo primario debilior esse solet, minus adest, pericula repetenda purgatio. In diuturnis ad praescribendam purgationem coctionem nihil cogit, ut natura sit molestior, et per Inferiora noxius humor praecipitandus, ut In tabidis, et melancholicis.

Diuturni hyeme et autumno grassantur, regione, et tempestate Inaequali, et In eos quos Ingravescens fatigat aetas, nec crisi, sed lenta sensimque coctione absumuntur, nisi In acutos migrent, ut cum phyma aut emphyma subito Intus rumpitur, et exclusione humoris per loca convenientia aut expeditam salutem affert, aut suffocatione celeri ad exitium praecipitat. Acuti occultis et medico plerumque Ignoratis causis progeniti, vere, et aestate aequali siccoque caelo, et solo, In Juvenes vires acerbitatis suae exerunt, crisi, nec tamen In principio, aut fine, sed In augmento, vel statu, paribus, vel Imparibus diebus, prout hic aut illic exacerbationes contigerint, per expulsionem humoris manifestam, et plerumque multiplicem, ut quos procuravit et Instituit motus contrarios facile sed natura, solvuntur ad salutem, si praeeunte coctione praemonstrata, die critico perfecte advenerit, ut tertio, quarto, ~~quil~~ quinto, septimo, nono, undecimo, decimoquarto, decimoseptimo, et vigesimo, licet In morbis multos dies sociosus, et quolibet die morbi aberrare vel salus restitui possit. Diebus vero criticis nec numeris, nec eorum differentia vim ullam addere potuit, sed lunae syderumque positus et fortunati stellarum signorum aspectus, robur naturae, temporis conditio, regionis qualitas, humoris varietas. Qui et acutis per μεταπτωσιν seu permutationem paulo longiores evadunt, aperte solvuntur, qui vero ante concoctionem salutaris esse non potest, Ita post coctionem saepe mortis et comites ut parotides febri succedentes quae nisi criticos urinarum multitudine, diarrhaea, vel dysenteria solvantur, etiamsi peracta concoctione successerit, a morte vindicari non possunt.

Quorum vero morborum causae occulto seminario In mirabilibus hominum conditionibus suis Impuritatibus propagant, velocissimus est, et celerrimus propter humoris tenuitatem nullosque ordines, Inconstantiam motus, et obscuro quodam In vita fontibus sensibili malignitate, et quorum signa, quae vulgo critica appellantur, et quae nisi decernant, ad pernicies, aut difficultatibus apparent, non a se fideliter habet, sed a signis coctionis, et cruditatis firmitatibus habentur quae licet habeantur certissima, tamen et fallunt, ubi morbi cum exercitus coctione Invadit, ut perdere sit et crudus omnibus inestibilis natura morbi perniciosus sola diuturnitate vincat, tandem In humoris coctionibus paulatim Incumbit, et quorum principia, assidentium errore, ut et aegrorum naturalis status ut plurimum Ignorantur, et In quibus felices, aut Infelices planetarum, et reliquorum syderum ad Lunam aspectus, omnium quae In his Inferioribus geruntur per hexagonos, trigonos, tetragonos, et diametros authores et primariae causae propter continuitatem, In tenebris et obscuro jacent, eorum sane exitus ad bonum aut ad malum Incertissimi non esse non possunt.

BIBLIOTHEQUE

Acutorum ergo non possunt esse omnino certae salutis et mortis praedictiones.

Ponebat Germanus Courtin. M.D.LXXV.